1429. initijs Xbris. Ex Orig: Arch: Regni.

2/12. 637.

149

Ego Johannes de Szczekocin Castellanus Lublinensis unacum filijs meis publicè con:fiteor, et recognosco me recepisse et ha:buisse Capitaneatum Dobrzinensem cum terra et omnibus civitatibus, oppidis castris villis, et alijs bonis ad ipsam spectanti:bus a Serenissimo principe domino Vladi:slao Dei gratia rege Poloniæ etc domi:no mihi gratiosissimo ad tenendum et gubernandum mihi data et concessa de quo quidem Capitaneatu seu tenuta præfato domino nostro regi singulis an:nis quadringentas marcas solvere me obli:go, et stationes consuetas ministrare polliceor, prout et alij ministrabant, conditionemque tam terræ, quam ca:strorum, oppidorum et villarum ac allo:diorum terræ et Capitaneatus præ:dicti Dobrzinensis pro posse me promitto facere meliorem, et parkonis castrum vallare, si autem aliquæ guerræ vel insultus inimicorum terræ Dobrzinen:sis iminerent, extunc durantibus hujusmodi guerris a solutione prædi:ctarum quadringentarum marcarum volo esse solutus atque liber, harum

quibus

quibus sigillum meum est appensum te:
stimonio literarum. Datum in Kozmi:
ce feria sexta proxima ante festum
Sancti Nicolai. Anno Domini Millesi:
mo quadringentesimo vigesimo nono.

Ta Kopia przepisana z Ory:
ginału pargaminowego, dnia iedy:
nastego Miesiąca Lipca. Roku Pan:
skiego 1785. u którego dołu na
Zawiasce pargaminowey wisi pie:
częć.